Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



nonā. Et obscuratus est sol: & uelum templi scissum est
medium. Et clamans uoce magna ihs ait: Pater in man
tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens expirauit. Vi
dens autem centurio qd factum erat glorificauit eum dicens.
Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul
aderant ad spectaculum istud. & uiderunt que fiebant.
percutientes pectora sua redibant. Stabant autem omnes
noti eius a longe. & mulieres que secute erant eum a gali
lea: hec uidentes. Et ecce uir nomine ioseph qui erat de
curiono uir bonus & iustus. hic non consenserat consilio & ac
tibus eorum: ab arimathyia ciuitate iudee. qui expectabat
& ipse regnum dei. hic accessit ad pylatum. & petiit cor
pus ihu. Et depositum inuoluit in sydone. & posuit illud
in monumento excisso in q nondum quisq positus fuerat.

Fratres. Conuenientibus In cena dni ad corinthios
uobis in unum iam non est dnicam cenam manduca
re. Unusquisq enim suam cenam presumit ad manducandum.
& alius quidem esurit. alius autem ebrius est. Numquid
domos non habetis ad manducandum. & bibendum. aut
ecclesiam dei contemnitis. & confunditis eos qui non habent.
Quid dicam uobis? laudo uos? in hoc non laudo. Ego enim accepi a
domino. qd & tradidi uobis. quia dns ihs in qua nocte tradeba
tur accepit panem. & gratias agens fregit. & dixit. Hoc est
~~corpus meum~~ similiter & calicem postquam cenauit dicens. Hic
est calix nouum testamentum in meo sanguine. Hoc facite
quotiens cumq sumitis in mea commemoratione. Quotiens
cumq manducabitis panem hunc. & calicem bibetis. mor
tem dni annunciabitis donec ueniat. Itaq quicumq

hic in cipe de cor

corpus meum: qd pro uob tradet. hoc facite in meam commemora cionem. Similr & ca